Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37192
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

decidit / ipse sine macula et contagione virginis in
gressus est mundum / et in mundo conversando non fecit
peccatum / Et sine peccati macula ascendit in celum /
Qui hec compleuit in se compleuit eam in te / quia qui
fecit te sine te / non saluabit te sine te / Et esse
de dei complemento quod facias bonum / atque non esse
memento / Expectat cottidie / i. ad expectandum
nos stat / Ipse namque non solum actus nostros / sed et cogi
taciones nostras scrutando et discuciendo considerat /
Verbis sanctis suis monitis / de habitatore salutis taber
naculi promissis / Effectis nos respondere debere /
Effectis respondet / qui quod maior sibi imperat et iubet
non respondendo nolentis vel volentis verbum / vi
cium obediencie peccatum habet / Responsio ista facta res
piciat et non verba / Vnde responsio est que rei sponsio siue
promissio / sicut in stipulacionibus leges dicunt huma
ne / Stipulacio enim ita contrahitur / Promittis in
certum / dicat respondens promitto / et tunc est factum ve
stitum / sed melius respondet qui nil ore dicens ope
totum supplet / Sequitur textus

Ideo nobis propter emendacionem
malorum huius vite dies ad indu
cias relaxantur dicente apostolo.
An nescis quia paciencia dei
ad penitenciam te adducit.